



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

D. Henrici Harphii Theologi Profvndissimi Orthodoxa Qve Pietate
præstantissimi, in libellum suum de Mortificatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

D. HENRICI
HARPHII THEO-
LOGI PROFVNDISSIMI
ORTHODOXAQVE PIE-
tate præstantissimi, in libellum
suum de Mortificatione

P R A E F A T I O



*G*ratia Domini nostri Iesu
Christi, charitas patris,
& communicatio sancti
Spiritus sit cum omnibus
nobis, Amen. In Christo
dilecta filia, ut satisfaciat, secundum postu-
lameum, ingenti, humili ac deuoto tuo de-
siderio, quo multipliciter optasti acci-
pere à me doctrinam breuem & instru-
ctionem, quomodo quis peruenire possit
ad veram perfectam vitam, qua aliquis
Deo simillimus, & in spiritu vnissimus
effici possit, scias duo ad hoc principa-
liter esse necessaria. Vnum est, perfecta
mortificatio & separatio ab omnib. re-
bus, quæ possent aliquod impedimentum
præstare,

præstare, quò minus Deo appropinquare,
& ipsi uniri possimus. Alterũ, quod oportet nos habere notitiã, quomodo acquirere debeamus amorosam permanẽtem unionem inter Deum & vires anime nostræ. Prosequendo ergo primũ scias quod oportet esse in nobis perfectam mortificationem, præcipuè in duodecim. Primò, mortificationem omnium affectuum erga res temporales. Secundò, omnium affectuum propriae quaesitionis in agendo qualibet opera virtuosa, & in dimittendo mala. Tertio, omnium affectuum propriae sensualitatis. Quarto, omnium affectuum amoris sensualis, naturalis & acquisiti. Quintò, omnium affectuum erga cogitationes & imagines rerum creatarum. Sextò, omnis cura, quæ non est de iusta necessitate, propter spiritualem vilitatem, vel propter obedientiam. Septimò, omnis amaritudinis cordis. Octauò, omnium affectuum vana gloria, & propria complacentia, honoris mundani & superbia. Nondò, omnium affectuum,

oblectationum internarum, spiritualium
 vel sensualium. Decimo, omnis scrupulo-
 sitatis cordis. Undecimo, omnis inquietu-
 dinis & impatientia cordis in omni exte-
 riori aduersitate. Duodecimo, oportet se-
 ri mortificationem omnis propriae volun-
 tatis, in totali voluntaria resignatione ad
 omnem internam derelictionem sufferē-
 dam propter amorem Dei. Ista sunt duo-
 decim porta spiritualis paradisi cordis
 nostri, quod est paradysus deliciarū Dei,
 quemadmodum ipsemet locutus est: De-
 liciae meae sunt esse cū filiis homi-
 nū. Quae porta sicut Ioānes in Apocalyp-
 ait, constructa sunt & ex singulis mar-
 garitis virtutū, quibus anima reforme-
 tur, ita ut inferiores hominis vires
 non praepe-
 diant superiores, quin
 fluere valeant ad Deum
 & in Deum.

Prou. 8.

Apoc. 12.

THEO.

DE OMNIVM RERV
 TEMPORALIVM CONTEM-
 PTIV, ET DE TRIBVS
 paupertatis gradi-
 bus.

CAPVT I.

P R I M A est mortificatio omnium affe-
 ctuum rerum temporalium.] Hic que-
 ri posset, vtrum ad statum perfectio-
 nis sit necessarium, facere votum volunta-
 riæ paupertatis & resignationem rerum
 temporalium, cum dominus noster dicat
 in euangelio: Si vis perfectus esse, vade & *Matt. 19.*
 vende omnia que habes, & da pauperibus, &
 sequere me. Ad hoc respondet sanctus Tho-
 mas de Aquino, quod perfectio non con-
 sistit essentialiter in paupertate siue in tri-
 bus votis, sed in sequela Christi secundum
 interiores virtutes. Sed voluntaria pauper-
 tas & alia vota sunt instrumenta, ad iumē-
 ta & exercitia melius velociusque perue-
 niendi ad perfectionem. Paupertas enim *Votareli-*
 deponit impedimentum, quod in rebus *gionis.*
 rem-

*Pauper-
tas quid.*

*Pauper-
tas vera
que.*

2. Cor. 6.

tēporalibus est, puta sollicitudinē & amo-
rem earundē rerū, & superbiam quæ ex ipsis
oritur & nascitur, sicut de pāno tinea. Ve-
runtamē perueniri potest ad perfectionem
sine his tribus votis: quia Abrahā perfectus e-
rat, qui tamē diues erat & habebat uxore,
Similiter oēs episcopi sunt in statu perfe-
ctiori quā quicumq; religiosi, & tamē habet
bona propria: & intelligitur istud etiam de
alijs votis. Ex quibus verbis duo sūt notāda:
Primū est, qd qui omnia bona sua perfecte
resignare valet quieto corde in Dei bene-
placitū, siue ea ab eo auferat, siue cōseruet,
nec illis uti vult nisi ad suā necessitatē, &
maiorē honorē Dei atq; beneplacitum e-
ius secundū omnē suū intellectu; ac consi-
deratis statu suo, cōditione, natura, alijsq;
pūctis in hoc cōsiderādis, si sciret Deo ma-
gis placere vt omnia sua videret, daretq;
pauperibus, ad hoc paratus esset, ille habet
perfectē volūtariā paupertatē. Quia Deus
nō desiderat in tantū exteriorē temporalium
rerū paupertatē, quātū interiorē in abstrac-
tione affectuū & occupationū: quia hæc
est essentia & forma veræ paupertatis. De
qua dicit Paulus. *Nihil habentes* (scilicet in
affectu) *& omnia possidentes*. Et hoc sic qua-
do adeo liberi ob omnibus. *2. b.* tēporalibus
sumus, quod si nobis (permissiōe diuina ad
probandū nos) auferretur, volūtati nōstrā
libere nihilominus valeremus conformare.

DE MORTIFICAT. 207

voluntati Dei. Et esto q̄ fragilitas nature parū in illo recalcitraret, quia homines sum⁹, secū dū hoc tamē De⁹ nos nō iudicaret, dū modo deliberata volūtas rationis se paratā pręstaret ad illud, & quieta in hoc permaneret, dicēs cū Iob: *Domin⁹ dedit, domin⁹ abstulit, sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum.* Ista est essentialis paupertas, q̄ omnes electi perfectē quære re debēt & appetere, quōd melius cor suum imperturbatū, quietū, ac nudū Deo semper offerre valeāt. Et si huiuscemodi homines regnū possiderēt, tamē veri volūtarij pauperes esēt. Et licet quādoq; sētīāt in inferiorib⁹ ac bestialib⁹ virib⁹ oblectationē aliquā in prosperis, vel tristitiā in aduersis, hoc tamē nō minuit perfectionē, dū modo in deliberata volūtate rationis se liberē resignēt diuino beneplacitō, & in superiori ratiōe quieti perseverēt. Secū dō ex his verbis notādū est, q̄ illi qui volūtariā paupertatē cū alijs votis vouerūt, propter hoc nō sūt perfecti, sed obligauerūt se secū dū possuū rēdere ad perfectionē. Sunt autē notandi tres gradus voluntarię paupertatis.

Iob. 1. 1

Primus est paupertas professionis, ut est nihil propriū possidere: quę paupertas valde imperfecta est, quādo trahitur ad solā exterioris boni possessionē. Nam multi id quod non habēt, eō auidius affectāt, sicut super-

Paupertas professionis.

superfluitatem comedendi & bibendi, curiositatem vestiū, & his similia. Affectus enim paupertatis est principale voti & virtutis: propterea non sunt ipsi pauperes spiritu, hoc est, voluntate coram Deo, sed tantum coram hominibus. Consequenter id teneas pro regula, quod quocunque vintur, etiā in necessitate naturæ, in vestibus, peplis & huiusmodi: si id possidēt cū affectu cordis, vt quasi vltimum finem continuāt in his rebus, ita quod si hoc ab eis per superiores suos auferretur, male contrarentur, imò & murmurarent: hoc coram Deo cum proprietate possident, oportebitque eos de illo magnam rationem reddere.

Canon.

Paupertas vsus.

Secundus gradus est paupertas vsus temporalium rerum, eorum scilicet, qui nihil desiderant nisi quod est eis de iusta necessitate, dolentque de superfluis, curiosis & preciosis. Isti in hoc laudabiles sunt, quod ex suis affectibus eiecerūt omnia, que ipsi de iusta necessitate non sunt: sed in illo defectuosi sunt, quod nimis magnum affectū habent ad res quæ sibi necessariae sunt. Quia quantæcunque necessitatis esse appareat aliqua res: & si vsus illius nobis cõcessus sit, tamen penitus nobis interdicitur, affectionem ad illam habere, vel in eam cum affectu requiescere.

Terminus

DE MORTIFICAT. 209

Tertius gradus est paupertas affectio *Pauper-*
nis, quando fidelis Dei seruus in tantum *tas affe-*
trahitur ad effectum paupertatis, vt nulla *tionis.*
res sit in creaturis vel in rebus temporali-
bus, ad quam cor & affectus inclinentur:
quin etiam ipsa naturæ necessaria cum tæ-
dio & nausea suscipit in subsidiū vt vsum
mortalis nature, vt eò melius libero ac nu-
do affectu subuolare valeat intra nuda
brachia crucifixi amati Iesu Christi. Om-
nes ergo qui taliter temporalia possi-
dent, & tam liberi sunt in affectu, ac si ea
non possiderent, sunt voluntarij *pauperes*
spiritu. At omnes qui sic paupertatem vo-
uerunt, vt tamen in rebus temporalibus *Matt. 6.*
cum affectu quiescant, stant in proprietate
coram Deo.

CAPVT II.

De sui ipsius quæstione euellenda, & de tei-
plici intentione.

Secunda est perfecta mortificatio om-
nium affectuum propriæ quæstionis
in agendo quælibet opera virtuosa, &
in dimittendo mala. Nam ista propria quæ-
stio ex seruili amore prouenit, quo sei-
psos nimis amant quidam, atque in omni-
bus plits suam ytilitatem & commodum
quærunt, quam beneplacitum diuinum: &
ob hoc à Deo contemnantur eorum bona
opera.

opera, & ipsi iuste cōdemnantur. Hic scire debes, quod amor filialis & amor seruilis omnino sunt similes in suis operibus, sicut sibi similes sunt duo pili vnius capitis, ita vt non bene possint discerni: attamen valde sunt dissimiles in intentione. Nam principalis intentio filialis amoris, in faciendo quodlibet bonum, vel dimittendo malum, est Deum placare, cognoscere, placere, laudare, gratias agere, honorare, eius beneplacitā voluntatē adimplere. Amor autem seruilis cognosci potest ex tribus. Primò, quod serui in omnibus peccatis que dimittūt, & in omnibus virtuosis operibus & exercitijs quæ studeat implere, principaliter semetipsos quærunt, hoc est, vel vitare proprium incommodum puta confusionem, re dargutionem, amissionem temporalium, remorsum conscientia, poenā inferni vel purgatorij, & similia: vel cōsequi proprium cōmodum, vt laudem, honorem & gloriam humanam, temporalia bona, spiritalia bona, sensibilem gratiam, deuotionem, dulce dinē, visiones, & similia, aut etiā vitam æternā: in omnibus his amplius vtilitatē propriā quærunt, quā beneplacitum Dei. Et propterea vitia cuncta dimittunt, magna quoque voluntariē strenuē atque hilariter operantur, despiciunt mundum, carnem propriam, amicos

& aff.

DE MORTIFICAT. 211

& affines: agunt poenitentiam grauem, ingrediuntur monasteria, strictè obseruāt regulam suā, statuta, silentium, ieiunium, disciplinas & similia: & frustra agunt omnia, eo quod nō norunt neq; obseruāt præceptum dilectionis Dei. Secundò sciri possunt in hoc quod bona opera sua & exercitia magna reputant, potius in spe & merito suorum bonorum operum requiescentes, quā in libertate filiorum Dei, quas Christus Iesus suo benedicto sanguine redemit, in qua tamen solum requiescere deberēt. Idcirco mox ut acquirunt aliquam sensibilem gratiam, deuotionem, dulcedinem vel uisionem, statim illis abutuntur in peccatum. Nam cadunt in superbiam proprie complacentie & uane glorie, putantes se aliquid esse cum nihil sint in ueritate. Consequenter in auaritiam cadunt, semper affectantes maiorem dulcedinem, deuotionem, reuelationes & uisiones. Tertio, cadunt in spiritualem gulositatem, prædictis scilicet fruendo in uoluptate naturæ. Vltimò in adulterium decidunt spirituale, scilicet quod in tantum se dant ad acquirenda ista à DEO, & ad fruendum, quiescendumque in ipsis, ut DEI & beneplaciti ipsius penitus obliuiscantur. Et istud notare poteris, in hoc, quia subtracta deuotione, sunt valde impatientes, inquieti, tædiosi, inno-

Amor iste seruilis i- deo per- uersus quia dile- ctiones propriam habet pro- sine. Rom. 8. Apoc. 1. Galat. 5. Hæc uera quando fi- nis consti- tuit in eis dixit an- thor.

inuoluntarij atque peruersi: & quaerunt tunc solatium suum in creaturis, in actibus, verbis, affectibus, vel cogitationibus. Tertio in hoc cognosci possunt, quod nunquam tam fideliter Deo seruirent, si scirent se nullam à Deo mercedem temporalem pariter & aeternam recepturos: puta sensibilem gratiam, deuotionem, consolationem, atque futuram gloriam. Istiusmodi homines valde male stant Nam omnibus donis Dei abutuntur in suam maiorem damnationem.

*Quaestio-
nem pro-
pria mor-
tificandi
modus.
Intentio
recta.
Rectus
quis.*

Vt ergo omnis propria quaestio mortificetur, oportet intentionem in faciendo quodlibet bonum, & in dimittendo malum, rectificari: & hoc in tribus gradibus. Quia est aliqua intentio recta, aliqua simplex, aliqua deiformis. Intentio recta operatur quodlibet bonum, & malum dimittit principaliter propter Deum; de qua loquitur Gregorius in Moralibus: Rectus est ille, qui in aduersis non frangitur, qui ad temporalia non inclinatur, qui ad superiora totus erigitur, qui diuinæ voluntati totus subijcitur. Intentio autem ista quamuis recta sit, non tam est sufficiens ad perfectionem, quia simplex non est, sed stat in actiua vita ac multiplicitate: circa multa quoque distrahitur atque turbatur, quoniam quam Deus omnium operum finis sit & intenc-

DE MORTIFICAT. 219

Intentio. Intentio simplex plus animam
ornat, quia sine medio plus Deo appro-
pinquat & spectat ad contemplatiuam vi-
tam: quoniam non solum agit vel dimit-
tit omnia principaliter vt Deo placeat, i-
psam honoret, collaudet & confiteatur:
sed ordinat etiam omnia opera & exerci-
tia in Deum, hoc est, ad fruendū Deo sem-
per præsentialiter * cum omnibus suis viri-
bus, in amoroso quodam effluxu. Et dicitur
ideo simplex, quia non solum est re-
cta, vt propter Deum virtuosus actus per-
ficiat, sed etiam simplex ad quietendum
simpliciter in DEO, & ad deuitandam om-
nem multiplicitatē. Nam ipsa est amo-
rosa quædam inclinatio interni spiritus in
Deum, illuminata agnitione diuina, orna-
ta fide, spe & charitate: & est internū fun-
damentum vitæ spiritualis. Ista ergo in-
tentio immédiate transit in Deum, quan-
tum potest, principaliter ad Deo placen-
dum, ad amandum eum & honorandum:
sed istud non est tantum propter Deum,
nam seruat adhuc aliquid propriū, vt est,
quod etiā in suo exercitio habere affectat
spiritualem consolationem ac deuotio-
nem. Et sunt nonnulli qui hoc propriè nõ
requirunt: atque non sunt tam volunta-
rii recipere omnem deuotionis & dulcedi-
nis subtractionem, sicuti earundem gra-
tiarum

*Intentio
simplex.*

** Alias,
præsente.*

Simplex.

Intentio
deiformis.

tiarum affluentiam: omnem aduersitatem, sicut prosperitatem: confusionem, sicut honorem: & sic de alijs, nisi ad gradum tertium perueniant: qui deiformis intentio appellatur, quia hæc ad eum se Deo uniuersum & assimilauit, ut quærat duntaxat & affectet honorem, voluntatem, gloriam & beneplacitum Dei, tam in aduersis omnibus, quam in prosperis. Beatus qui hoc à Deo adeptus est. Nam Bernardus dicit, quod taliter affectum intentionis disponere, est deificum atque deiformem fieri, & unum cum Deo, Deo quoque cum Deo perfrui.

CAPVT III.

Sensualitatem tribus mortificandam modis, & de venialium peccatorum differentia.

Sensualitas uoluptatis.

Rom. 13.

Tertia est perfecta mortificatio omnium affectuum propriæ sensualitatis. Hæc sensualitas consistit principaliter in tribus. Primò in uoluptate, quæ fouetur in appetitu deliciarum cibarium, & potuum, mollium indumentorum, lectulæ & similibus. Attamen prædictis uti unumquemque secundum statum suum, conditionem, naturam & infirmitatem, non est prohibitum, sed uti ex appetitu sensualitatis, quemadmodum Paulus dicit: *Carnis curam ne feceritis in desiderijs*. Voluptas etiam consistit in omni lasciuia cogitationum, affectuum, uerborum, operum, gestuum, ac uariarum

DE MORTIFICAT. 215

um cum alijs personis conuersionum
ex sensuali amore. Secūdo cōsistit in vani-
tate appetitus mundani & humani hono-
ris, gloriæ, laudis, fauoris, societatis: & in
appetitu fruendi in omnibus vanitate sen-
suum, videndi pulchra, novos rumores
audiendi, & huiusmodi. Tertio consi-
stet in curiositate & aptitudine exquisita,
domorum, camerarum, & omnium uten-
silium, vestium, mundorum peporum, &
similiter omnium rerum quæ in vsum ve-
nire possunt vel haberi, quas sensuali qui-
dam possident affectu, ac pleno corde in
eis quiescunt. Ictas & omnes alias sensua-
litates in ridendo, fabulando, omnem et-
iam commoditatem & solatium naturæ,
quæ ex sensuali affectu quæruntur, oportet
penitus mortificari: quia præpediunt
ne homo in virtutib⁹ progressum habeat,
sed semper amplius retrocedat. Et causa
huius est quia spiritualia exercitia diffi-
cilia reddunt, & omnem deuotionem insi-
pidam, sicut dicit Apostolus: *Animalis ho-*
mo non percipit ea que sunt spiritus Dei. Et li-
cet huiusmodi homines aliquando videā-
tur habere deuotionem & dilectionē Dei,
tamen ficta & deceptorum est, seu naturalis
quidā affect⁹ deuotionis & amoris quæ ad-
modum videmus homines natura letos &
amotosos, quocunq; se vertāt facile in cōdi-
amore

Sensuali-
tas appe-
titus.

Sensuali-
tas curio-
sitas.

1. Cor. 2.

amore & desiderio. Et quamvis spiritus sancti bonitas huiusmodi hominibus aliquando larga sua gratia condonet devotionem, lacrymas, sensibilem amorem, & similia, uti tamen his donis uti, ordinatè & salubriter non norunt. Magis verò inutilia sunt eis, quam deum in sensualitate sibi ipsis mori non addiscunt: quoniam initium proficientis vitæ est mortificatio omnium affectuum venialium peccatorum.

Vite proficientis initium. Peccatorum venialium discriminè. Peccare ex infirmitate quid.

Peccare ex affectione propria.

Hic notandum, quod magna differentia est inter labi in venialia ex propria affectione, & labi ex infirmitate vel occasione. Nam propter naturæ nostræ infirmitatem omnia venialia peccata cavere non possumus, tamen omnes affectiones venialiū in nobis mortificare bene valemus. Illi ergo ex naturæ fragilitate & occasione duntaxat delinquant, qui ante & post quādo soli & liberi apud semetipsos sunt non desiderant aliquid quod peccatum sit, vel sensuale, ut vaniloquium, vanitas societatem, bene manducare & bibere, complacentiam sui ipsius & aliorum, vanā gloriā, & huiusmodi: dum tamē ad hæc aliamquam occasionem acquirunt, citò ex naturæ fragilitate in venialia cadunt: sed quā cito ad se redeunt, dolent inde, & sentiunt aversionem & displicentiam eorum omnium.

DE MORTIFICAT. 217

quæ à Deo elongare possunt: & hoc veniale parvū est, statimq; à Deo per displicentiam remittitur. Illi verò ex propria affectione delinquant, qui antè & post dum liberi ab omni peccatorum occasione existunt, desiderant occasiones habere, non propter peccatum, sed propter oblectationem, ut quod affectant habere vanam societatem ad ridendum, confabulandum, ludendum, quod affectant bene manducare, bibere, novos rumores audire, curiosas vestes habere, & similia in centum modis. Tales quamdiu affectum venialium non mortificant, non dimittuntur ipsis peccata, licet sæpè ea confiteantur. Et quamvis nonnunquam videantur pro eis dolorem habere, tamen ille non provenit ex vero sincero fundo cordis: neque tantus est, ut peccatorum affectiones penitus ex corde eradicare valeat. Istiusmodi etiam nunquam poterunt habere profectum in virtutibus, omnia bona opera eorum multis imperfectionibus sunt permixta, & gratia atque devotione, quam à Deo suscipiunt, non rectè utuntur. Ea propter, quemadmodum Caiphas prophetauit de Christo, Expediit ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat: sic etiam expediit ut sensualitas sibi ipsi moriatur, sentiendo seilicet perfectam auersionem ab omnibus, in quibus

Peccare ex affectu proprio

Ioan. 12.

K quibus

quibus sensualitas assuevit quiescere, et
tota multitudo operum virtuosorum, pœ-
nitentiæ, misericordiæ, bonorum exerci-
tiorum, confessionis, & huiusmodi non
pereat. O si agnosceremus quàm multi
frustra absque vlla vel modica vtilitate o-
pererentur magna, profectò multùm mira-
remur: quia sæpe quod coram hominibus
magnum apparet, coram Deo foetet.

CAPVT IIII.

*De mortificatione omnis inordinati amoris et
de varijs amorum
differencijs.*

Quarta est perfecta mortificatio o-
mnium affectuū secularis, naturalis
& acquisiti amoris. Cuius hæc est ra-
tio, quia omne quod aliquo amplectimur
amore, cor imaginibus depinget, præle-
tū tempore quo nos ad Deum conuer-
te voluerimus, & cor tunc distrahitur
que turbatur, & impurum ineptumq; re-
ditur ad Dei seruitium. Si autem solus
Deum amauerimus, atque amore eius
manibus creaturis & nobis ipsis renūciaue-
rimus, diuina imagine depingemur, cuius
que amore sursum trahemur, ac in abyfso
sui amoris absorbebimur. Vt ergo habeat
tur distinctio moriendi omni amoris, sciē-
dum in primis, quod est amor quidam
m. 2.

*Amor in
d. amoris.*

DE MORTIFICAT. 219

mundanus, qui mundo placere desiderat, & eidem tunc displicere. Amor iste multa opera defectuosa & vitiosa facit ad mundo complacendum. Facit & multa bona opera magis pro mundano honore conquirendo, aut confusione vitanda, quam ad placendum Deo. Omnia autem ista opera imperfecta sunt: Vel si huiusmodi opera propter Deum faciunt aliqui, placet tamen ipsis ut inde laudetur ac honorentur, plus propter gloriam propriam & laudem, quam propter amorem Dei, aut aedificationem proximorum. Similiter e contrario committunt aut committere parati sunt defectus multos & peccata, virtutes quoque omittere plurimas & profectum earum, ad evitandam amissionem bonorum temporalium, honoris, fauoris, amoris, vel potius quam paterentur confusionem, irrisionem, reprehensionem atque contemptum. De omnibus istis David ait: *Qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deum spreverunt eos.* Secundo, est amor quidam naturalis, quem gerimus ad nos ipsos, ad patrem, ad matrem, ad fratres & sorores, & ceteros consanguineos. Amor iste a Deo prohibitus non est, quia ipsum in cor nostrum non sine peruenire, naturae nostrae non est bene possibile, sed ipsum bene regere secundum

*Psal. 52.
Amor naturalis.*

K 2 ratio

rationem rectā sub diuino amore, vna est
 summarum virtutum: quia natura nostra
 subtilis est, & in omnibus quærit seipsam.
 Naturalis etiā amor ad cognatos, quantò
 magis licitus est, tantò difficilior vincitur.

Gen. 21.

*Diligen-
 dum quid
 nam in ho-
 mine.
 Odiendū
 quid nam
 in homine*

Propterea in isto probatur Abraham à
 Deo iubente, vt filium suum ob amorem
 sui immolaret. Et quia diuinus amor su-
 perabat omnem naturalem amorem (nam
 paratus erat Isaac filium suum ob amorē
 Dei necare) ideo amicus Dei appellaba-
 tur. Si volumus ad hoc felix nomen etiam
 peruenire, oportet nos in homine nihil aliud
 diligere quā Deū, & quod Dei est, hoc
 est, virtutes & gratiā. Similiter nihil in ipso
 odire debemus præter vitia: & hoc sine om-
 ni personarū acceptione, siue sit pater,
 siue mater, amicus, aut consanguineus, vi-
 cinus vel hostis, ita quod nullum quis ad-
 eò familiarem habeat amicum, in quo
 quemcunque amet defectum, vel cui sit
 vitijs aut defectibus applaudit, seu adu-
 tur, aut cuius præsentiam, conuersationem
 & familiarem societatem desideret, nisi in
 quantum propriæ, vel alterius vtile fuerit
 salutis. Nullum etiam tam magnum hoste
 habebit, vt in eo naturam aut virtutes o-
 diat, vel eius salutem secundum suum pos-
 se affectare, petere & cooperari refugiat
 aut atrox dicitur, quam diu spem emendationis

nis habere poterit, exemplo Christi Iesu, qui cum lachrymis & valida voce pro inimicis suis cœlestem patrem rogavit pro venia. Accipe generalem regulam, quod *Comen.* omnis amor (sic naturalis aut alius) qui homini in corde facit inquietudinem & imaginationes, præsertim tempore orationis, vel etiam anhelare facit ad videndum, ad alloquendum, vel ad habendum præsentem eum, qui diligitur & abest, nisi esset solum propter animæ salutem & instructionem spiritualem, amor talis inordinatus est & defectuosus coram Deo, magnūque impedimentum generat proficienti vitæ.

Tertio, est amor quidam acquisitus: de *Amor de-* hoc duobus modis. Primo, frequenti præ- *quisitus.* sentia & conversatione mutuò habitis. Secundo, donis, seruitijs, subsidijs & amicitijs alterutrum exhibitis. Ambo isti amores liciti sunt, sed periculosi, quia faciliter ducunt homines in amorē inordinatum, per quem ad peccata vel defectuositatem *Amor ra-* pertrahuntur, vel à virtutibus aut proficienti *tionalis* vite retrahuntur. Quarto, est amor quidam rationalis, qui crescit & oboritur ex consideratione virtutum aliorum hominum vel sanctorum, aut certe domini nostri, ita quod ratio nos trahit & cogit *amare* virtutes, & earum opera, Et sic cō-
tingit:

tingit quod aliqui ex ingenita natura, vel ex studiosa exercitationis frequentia magnos habent affectus amorphos ad summum bonum (quod est Deus) diligendum, in tantum, ut semetipsos paratos inueniant ad mortem tolerandam propter Deum: & tamen contingere potest, quod totum proveniat ex natura sine virtute charitatis, & sine gratia Dei. Idcirco nemo confidere debet in deuotione & sensibili amore, quia quantum sibi ipsis propter Deum quis moritur, & precepta eius atque consilia sequitur, tantum habet de charitate, & non plus.

CAPUT V.

De mortificatione vanarum & noxiarum cogitationum omnium, de que earundem nocentia.

Quinta est perfecta mortificatio omnium affectuum erga cogitationes & imagines rerum creatarum, & affectuosa quedam conuersio ad omnimodam solitudinem, non tantum secundum corpus, sed multo amplius secundum cor & cogitationes, prout Seneca dicit in libro de quatuor virtutibus: *Cogitationes vagas & somno similes non recipies: quibus si animum tuum oblectaueris, cum omnia discesseris, tristis remanebis.* Notandum quod triplices sunt cogitationes. Primae sunt cogitationes vanae, quae homini in affectu

Cogitationes vanae. non adherent, licet incidant multipliciter cordi

DE MORTIFICAT. 223

cordi instar maris fluctuantis, & auiū volantiū, & similiū. Et cogitationes istæ quāuis in seipsis malæ nō sint, nec magna peccata, tamē magnū impedimentū præstant proficiēti vitæ: suntq; indicia vacui cordis, & tepidæ deuotionis. Quia vbi cor humanum plenum est diuino amore, ibi cedere oportet omnem vacuitatem & tepiditatem, sicut clauus clauo pellitur.

Aliæ cogitationes nociuæ sunt, vt cum *Cogitationes nociuæ.* homo trahit in cor suū imagines creaturarum aliquas, vel peccatorum cum sensuali oblectatione, licet ad mortalis peccati consensum non perueniat. Cogitationes istæ ingens in corde damnū efficiunt, quia valde diuinæ gratiæ in actionem siue internam operationem præpediūt, spiritum sanctum contristant, lectulum dilecti commaculant, insipidum omne spirituale exercitium reddunt. Si tamen huiuscemodi cogitationes & imaginatio- nes incidere nobis importunè cōtra voluntatem nostram, & nos diligentes resistere, earum onus pro spiritali martyrio tolerando, tunc ad magnum nobis meritum prouenirent, nisi occasionem huiusmodi cogitationibus atque tentationibus præberemus per immortificata desideria sensualitatis, vt supradictum est. Quia isti præfati duo modi cogitationum

*Cogitatio-
num ma-
larum cau-
sa.*

cōmuniter veniunt ex incuria & immo-
tificatione nostra, pura quia studiosi no-
sumus ad trahendū cor nostrum violentē
ad bonas cogitationes, sed ex consuetu-
dine effluere permittim⁹ ad superfluas, in-
utiles & noxias cogitationes, & in negli-
gentiā tēpus bene expēdendi. Quia specia-
liter dū nobis gratia & sensibilis deuotio
subtrahitur, tēd ū habemus ad omne spi-
rituale exercitiū & tūc ab extra, solaciū re-
quirimus in vacādo, in loquendo, iriden-
do, & in omni vanitate. Cū autem iterum
nos introuertere volumus ad solitudinē,
cor innumeris cogitationib⁹ & distracti-
onibus oneratū est & occupatū, idcirco
in virtutibus proficere non valemus. Nam
solitudo, silentium & arcta obseruatio
cordis nostri, sunt principium & funda-
mentum proficiēsis vitæ. Tertius cogita-
tionum modus est earum, quæ in seipsis
bonæ sunt, sed mentem inquietant, siue
sint de temporali cura licita, siue sint de
spirituali cura, vt in scrupulosis & pusilla-
nimibus & similibus: siue sint de cœlesti-
bus & æternis, sicut in curiosis & subtili-
bus perseruationibus mysteriorum Dei
& æternæ vitæ. Homines subtilis ingenij,
& ex natura actiui, difficilius quàm alij à
cordibus suis huiusmodi cogitationes va-
lent abigere. Attamen oportet eas pe-
nitentis.

*Cogitatio-
nes inqui-
etantes cor.*

DE MORTIFICA T

nitus à corde repelli, in quantū præpediūt
 simplicem cordis quietē, quæ maximè nu-
 trit amoroſū in Deū effluxū. Nā quia Deus
 vnus eſt, melius ſimplicitate cordis inue-
 nitur: & quia amor ætern⁹ eſt, melius deſi-
 derio & amore cōquititur. Nō tamē volo
 q̄ ſine omni imagine & cogitatione eſſe
 debeas, ſed propono tibi imaginem Ieſu
 Chriſti: *qui eſt ſplendor vel fulgor æterni lu-
 minis, & ſpeculū ſine macula*, vt Sapiens ait.
 Hęc imaginē amoroſo deſiderio imitandi
 portabis in exteriori homine tuo, ſecun-
 dū humanitatem eius in cruce penden-
 tem: imprimetſque tibi formam ſuæ abyſ-
 ſalis humilitatis, abiectiōnis, patiētiae, mi-
 ſericordiae, & omnes alias abyſſales virtutes vl-
 tra omniū hominū capacitatē. Imaginem
 hęc accipe in omni loco, in omni hora, in
 omni verbo, in omni opere, in omni occu-
 patione, intus ac foris, in proſperis & ad-
 uerſis. Si comedis, intinge ſingulas bucel-
 las panis in vulnera ei⁹. Si bibis, cogita po-
 tū quē in cruce potauit. Si lauas man⁹, vel
 corpus, cogita ſanguinē quo animā tuam
 lauit. Si vadis dormitum, cogita lectum
 crucis, & reclina caput tuum ſuper cerni-
 cal ſpinae coronæ. Et in his cogitationibus
 debes nutrire amoroſam cōpaſſionem &
 deſiderium imitandi veſtigia eius. Interi-
 ori autem homine portabis imaginem
 K. 5. abyſſa-

*Simplifi-
catio cor-
dis.*

*Imago
Chriſti in
corde por-
tanda.
Sapie. 7.*

*Alias ten-
tatione.*

abyſſalis charitatis ſuæ, ex qua cuncta creauit, humanam naturam aſſumpſit, formã cunctarum virtutum dedit, amarã mortem ſuſtinuit, vitam æternã parauit, & ſeipſum totum promiſit. Et hoc modo cogitationes commutabuntur in affectiones, & cognitio in amorem perfectum: quia amor operatur mortificationem naturæ, vitam ſpiritus, operationem ſuperiorum virium, influxumque in Deum, & ſeparationem ab omni creatura.

CAPVT VI.

De cura omni nõ neceſſaria reiſcienda, atque de rerum externarum adminiſtratione.

Sexta, eſt perfecta mortificatio exterioris curæ, quæ non eſt de iuſta neceſſitate propter ſpiritualem vtilitatem, vel propter obedientiam. Hic ſciri poteſt vera differentia actiuæ vitæ, quæ fideles ſeruos Dei efficit: & contemplatiuæ, quæ ſemiliares amicos Dei facit. Nam quidam in ſua conuerſione eligunt obedire Deo, ſanctæ eccleſiæ, & ſuis ſuperioribus: exercitantque ſe in virtutibus, in bonis moribus, in ſtatutorum & ordinationum diligenti obſeruatione, quærentes in omnibus honorem Dei, & nõ ſeipſos. Sed alio-
tius vitæ actiuæ, & in orationibus vocalibus,

DE MORTIFICAT. 227

bus, vel in recogitando peccata sua, mortem, iudicium aut etiā passionem domini, duntaxat ad compatiendum: peruenireque non valent ad cognoscendum exercitia veræ vitæ contemplatiuæ. Ratio est, quia in actiua vita magis ipsis complacet, & videtur eis magis meritoria esse: & hæc est causa, quare in cordibus eorum magis sunt depicta opera quæ faciunt, quā DEVS ipse, propter quem illa faciunt. Idcirco in corde diuisi sunt, distracti, & instabiles: quoniam passiones naturales adhuc viuunt in eis, quibus faciliter cōueniunt, quamdiu non perueniunt ad contemplatiuam vitam, quæ emori facit omnibus passionibus naturalibus, scilicet inordinatæ lætitiæ, tristitiæ, complacentiæ, vanæ gloriæ, impatientiæ, vanæ spei, inordinatæ verecundiæ, & similibus: propter quod etiam nō possunt peruenire ad internam hominem & quietē, nisi prius ex toto intrinsecus recollecti, & Deo totaliter vniti sint: quia tunc primum eis reuelantur internæ, familiares, occultæ, amabiles viæ Dei, loquiturque Iesus in anima eorum: *Tam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominum eum: sed dicā* *Ioan. 15.* *vos amicos, quia omnia quæcumque audiui à patre meo, nunc feci vobis. Igitur qui internam vitam habere cupit, necesse est, vt eam*

K 6 ferua-

*Vita inter-
na quomo-
do acqui-
rasur.* feruenter desideret & petat à Deo, atque
ad eam studiosè se applicet: quia Domini
noster gratiam suam & opem (siue ad ope-
ra exteriora virtutum, siue ad interiorum
hominem & exercitia dilectionis) elargi-
tur, secundum quod vnusquisque ad hu-
iusmodi se disposuerit, suamque diligen-
tiam aut operam adhibuerit. Si ergo ho-
mo internus, & illuminatus Dei amicus
fieri vis, oportet vt cor tuum ad eum purifi-
ces, vt nihil citra Deum in eo quiescat: &
omnia exteriora opera & occupationes,
quas dictante ratione vel obedientia per-
ficies, absque multiplicitate & sollicitudi-
ne cordis agere discas, cum eleuato intel-
lectu atque affectu ad Deum: quia tamen
labor qui in silentio fit, valde laudatur: ta-
men multiplicitas, sollicitudo & distractio
cordis reprobatur: quia in frigidant affe-
ctum amoris, exponuntq; hominem mul-
tis tentationibus & insidijs inimici, nara-
ra & sensualitas potentiores fiunt, atque
magis seipsas quærunt in oblectationibus,
in vanitatibus & voluptatibus, ex quibus
intellectus obfuscatur, spiritus insensibilis
efficitur, & omne spirituale exercitium in-
sapidum.

*Tentatio-
nes omnes
vincendi
modum.* Si igitur volueris vincere omnes tenta-
tiones diaboli, carnis & mundi, omnes fra-
gilitates ac imperfectiones tuas, omnesque

DE MORTIFICAT. 229.

mnescq; naturales passiones, labora omni tempore gestare internum & eleuatum animum & desiderium in Deum, semper magis sequendo internum amoris exercitium, quam exteriora opera virtutum. Nā distractiua occupatio cordis, etiam in licitis sua consuetudine quandam superinducit animi distemperantiam, vel indispositionem & euagationem cordis, quæ amputari etiam orationis tempore nequeat: & etiam non sinit inferiores animæ vires peruenire ad aliquam quietam recollectionem sui. Ad istud autem nemo perfecte peruenire potest, nisi affectus suus liber sit ab omni re infra Deum existente, & adeo in Deum raptus, vt seipsum contemnere sciat in omnibus propter amorem Dei: quoniam purus amor facit spiritum purū, simplicem, & ab omnibus liberum, in tantum, vt sine labore semper se conuertere in Deum possit. Nam vbi amor, ibi est oculos memorię, & cordis affectus, ita vt tā paratum se inueniat ad suam introversionem, quam ad extroversionem.

De omni cordis amaritudine tollenda, per amoris diuini dulcedinem.

CAPVT VII.

Septima est perfecta mortificatio omnium amaritudinis cordis. Notandū, quod.

K 7

Amaritudinis cordis origo.

quod amaritudines istæ cordis ex quintuplici origine procedūt. Primo ex præsumptione priorū virtuosorū operum in multa penitētia, aut exercitijs, & alijs operibus, quæ bona corā hominibus apparēt: sed ex proprio, superbo, immortificato corde procedūt, & appellātur falsæ iustificatiōes, scētentq; corā Deo: quia tales homines seipfos in huiusmodi exaltant, multumq; proclives sunt ad aspernandū & iudicandū alios corde, vel etiā verbis, dicentes cum Phariseo: *Non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri: vel etiam hic publicanus.* Nec aliqui homines periculosius istis stant, quia de proprijs virtutibus peiores sunt, & faciles sunt ad alijs indignandum, malè de eis suspicandum, falsè iudicandum, quemadmodum beatus Gregorius dicit: *Vera iustitia compassionem habet, falsa verà indignationem erga homines fragiles & peccatores.* Et istud est signum amaricatæ, elatæ & inquietæ conscientiæ; quia sanctus Ioannes Chrysostomus dicit: *Qui seuerè discutit alienum, id est, aliorum defectum, nunquam propriam reatum veniam merebitur, quamdiu scilicet se de hoc non emendauerit. Si autem istud in consuetudinem duxerit, vix est spes habenda quod se emendabit.* Secundo, amaritudo ista venit ex suis ipsius accidio.

Luc. 18.

DE MORTIFICAT. 237

accediosa immortalitate. Et hæc amaritudo maximè habetur contra prælatos siue superiores regentes, dum nolunt tallium (scilicet immortalitatorum & amaricatorum hominum) desiderijs acquiescere, sed magis ipsos exercitant in his, quæ contraria sunt eorum desiderijs. Nam tunc murmurare atque susurrare incipiunt contra superiores suos, & alios etiam ad indignationem superiorum suorum trahere desiderant. Hinc certo certius scias, nihil homini damnabilius esse coram Deo murmuracione, præsertim contra prælatos & superiores. Quia, ut sanctus Augustinus ait, in nullo populus Israel in veteri testamento Deum in tantum offendit, sicut quod murmurauerunt aduersus Deum, hoc est, aduersus superiores quos Deus ordinauerat, videlicet Moysen & Aaron, quem admodum Moyses dicit in Exodo: Nec contrarios est murmur vestrum, sed contra dominum. De huiusmodi hominibus etiam vix spes est quod proficiant in virtutibus: quia murmuratio est vnica filia dæmonis infernalis, cui cuncta pascere monasteria commisit, quam isti sibi desponsauerunt. O maledictum peccatum, o odibilis bestia Nā omnia bona tu deuoras. Tu prænuncia es æternæ damnationis Tu fomentum es ignis infernalis, Tu pauperem ani-

Exod. 16.

Murmuratio filia dæmonis infernalis.

Nu. 16.

mam non deiformem sed dæmoniformem
 efficit. Ob tuam odibilitatem Dathan &
 Abiron cum sua progenie oportuit viuē-
 tes descendere in infernum in corporibus
 simul & animabus. Propter te Chore
 cum ducētis quinquaginta viris* inferna-
 li igne comburebantur & occidebantur,
 ac corpore simul & anima ad inferna de-
 ducebantur. Tertio, amaritudo ista oritur
 ex invidia, quam aduersus alios habet pro-
 pter aliqua sibi facta in verbis, factis, si-
 gnis vel gestibus. Isti grauitur excedunt Deū-
 que offendunt valde, omnia in peius inter-
 pretando & iudicando, quamquā in se ma-
 la non sint: & hoc ipsum prouenit ex eo
 quod optant in alio reperire, quod possunt
 vituperare vel diffamare, aut quo alicui
 nocumentum inferre valeant. Et istud val-
 de cauendum est, quia ex odij atque inui-
 diæ fundo procedit. Quarto, amaritudo
 ista oritur ex desiderio propriæ compla-
 centiæ, quia scilicet volunt videri, amari,
 laudari, pro deuotis haberi à suis superio-
 ribus, & ab his cum quibus conuersantur,
 vel etiam à secularibus. Quando ergo vi-
 dent quod alius melius se habet, emenda-
 reque nouit, plusque amatur, exaltatur vel
 laudatur, quàm ipsi Protinus ob hoc inui-
 dent illi, nitunturque ipsum minorare, &
 auferre famam eius per detractiones, &
 similia.

* Alias
 celesti.

DE MORTIFICAT. 233

Quintò, amaritudo hæc oritur ex propria peruersitate & malitia: & hoc duobus modis: Primò, ex mala, inquieta & amaritata conscientia, in qua adeò redditur talis fastidiosus, vt omnibus cū quibus conuersatur, sit oneri, & efficitur vas omnibus plenum peccatis. Et quia in seipso iniquus est, eisdem oculis cæteros intuetur, ac in peius cuncta interpretatur, instar basilisci, qui omnibus hominibus quos videre potest, venenū infundit & necat. Nā tales de alijs non norūt aliter iudicare, quā quales ipsimet sunt. Secundò sciendum est, quod istiusmodi homines ex quò ipsimet adeò iniqui & immortificati manent, inuident, quod diuina gratia tantas virtutes in alijs operatur, & vellent quod alios deuotos, humiles & virtuosos homines inde retrahere possent in eandē, in qua ipsi sunt iniquitatē. Et quia id agere nequeunt, ideò derident ipsos, & persecūtur verbis, operibus vel corde, peccantq; in spiritū sanctū.

*Inuiden-
tia diuina
gratia.*

*Perora-
tio.*

Omnes has amaritudines oportet tam perfectē vinci ac consumi in suauitate diuini amoris (si aliquem virtutum profectū habituri sumus) vt nostros etiam inimicos ac persecutores amplectamur in corde tam pleno amoris affectu, ac si essent meliores amici quos habere possemus; prout etiā reuera sunt secundū opera, licet

RR.

nō secundum suū affectum. Quia qui nos
persequuntur, ad sublimius meritum nos
perducunt, & ad altiozem gloriæ coronā.

CAPVT VIII.

*De omni vana gloria & superbia calcauda, de
que desiderio contemptus sit.*

Octaua est perfecta mortificatio affe-
ctuum vanæ gloriæ & propriæ com-
placentiæ, honoris seculi atque su-
perbiæ, in perfecta cognitione & deside-
rio omnis contemptus. In his verbis duo
sunt principaliter prosequenda. Primum est,
quod oportet omni vanæ gloriæ, & com-
placentiæ quam aliquis in seipso habere
potest de aliquo virtuoso opere, aut gratia
Dei seu dono, totaliter mori in perfecta
agnitione suæ abyssalis vilitatis. Quia ni-
hil tam nociuum homini spirituali, nec
liquid Deo plus displicet, quam vana glo-
ria, & propria complacentia. Hinc legi-
mus de sancta quadam virgine nomine
Clara, quod propter exiguam tentationē
vanæ gloriæ, subtractus ei à Deo fuerit
annis quindecim influxus diuinæ dulcedi-
nis ac spiritualis illuminationis: nec prius
potuerit redire ad ipsum influxum, etiam
cū multis lacrymis, multo labore, & mul-
tis precibus. Nec hoc mirum videri debet,
quā hoc solo fideles serui ab infidelibus e-

*Gloria
vanani-
bil Deo o-
dibilis.*

Geor-

secernantur. Quia sicut seruus iustus potest ieiunare, vigilare, orare, elemosynam facere, & alia opera virtuosa perficere in veritate: ita potest & infidelis secundum exteriorē apparere: hoc solo excepto, quod non potest domino suo esse fidelis, ut scilicet propter eum duntaxat hæc agat, & eius gratiæ tantummodo ascribat: quia sibi ipsi ascribit ac cum oblectatione in his gloriatur, exaltando se & magnum reputando, ubi tamē se debet humiliare: alia gratia se reddit indignum: eaque abutitur ad suam damnationem potius, quam ad salutē. Igitur satagere debet, & recognoscere sine fisione omni gratia se indignum, & peccatorum præ cunctis viventibus viliores. Et ad hoc perueniendū, tres oculi considerationis haberi debent. Primus considerabit multitudinem, turpitudinem & magnitudinem suorum peccatorum, ingentem etiam ingratitudinem de diuina gratia, quam accepit (in auxiliū virtutum, & auersionem à peccatis) donatam sibi à Deo. Secundus oculus considerabit quod à multis peccatis præseruatus sit sola diuina gratia, & non sua resistētia: & quod à Deo subtraheretur sibi fuerint occasiones & tērationes magnorum peccatorū, in quibus præ omnibus alijs grauius cecidisset, si ipsum diuina gratia (sicut alios plurimos) dereli-

*Seruitus
discretio.*

*Oculus
humilitatis
veræ
triplex.*

dereliquisset. Tertius oculos considerabit diuinæ gratiæ profluam largitatem, quam sine meritis suis accepit: & quod maximus in mundo peccator si recepisset gratiam talem, deo gratior existeret, meliusque, ipsam custodiret, & fidelius exerceret in opus, quàm ipse. Etiã licet alius quilibet hodie maximus peccator existat, crastino die conuerti poterit, & viuere sanctissime, sicut Paulus, Magdalena, & ceteri. Existis punctis peruenire poterit per gratiam Dei ad cognoscendum veraciter (quantum in eo est) se maiorem totius mundi peccatorem: quia si bonus est, hoc est sola gratia Dei. Et sic poterit Deo gratus fieri ex vna parte, & humiliare seipsum ex altera.

Laus humana.

Secundum est, quod omni inordinate affectui humanæ laudis, honoris, favoris, & complacentiæ, quis perfecte moriatur, desiderando ab omnibus contemni, illudi, confundi, abijci. O quàm parum hæc virtutes quærentur ac desiderantur, & multo minus acquiruntur. Nam etsi reperiantur, qui non concupiscant honorari vel illis placere: attamen valde pauci sunt qui ex fundo cordis desiderent despici, confundi, illudi, & abijci. Et si appareat eis sepe quod seipsum contemnant ex fundo cordis, & desiderent contemni, tamen quamdiu hoc

see.

DE MORTIFICAT. 237

insensibiliter experti non fuerint, puta im-
prouisè magnam despectionem & con-
fusionē accipiendo, & in primo ictu oculi
illas recipiendo pleno affectu sine cordis *Despectio*
retractione, tamdiu sibiipsis in hoc non *sui.*
confidant. Quia si dixeris, quod talis tibi
confusio & despectio non acciderit, ego
tibi respondeo, quod te Deus necdum
satis fortem & mortificatum ad hoc co-
gnoscit. Nam ad nihil est Deus paratior,
quàm ad mittendum verè mortificato cor-
di omnem confusionem, despectionem,
& exteriorem aduersitatem: quia nouit
summa in hoc consistere merita, ad quæ
suos charissimos amicos perducere cupit.
Hoc Iesus in semetipso ostendit, quando
mortem turpissimam suscepit, & in virgi-
nea matre sua stante sub cruce, in sancto
Ioanne Baptista, & in omnibus dilectis a-
postolis suis.

Notandum tamen hic est, quod nemo
propter desiderium despectionis alteri
debet dare occasionem probabilem se cõ-
fundendi, ne sibi occasio fiat mortalium
peccatorum. Sed si confusio aliqua vel
despectio sibi præter sua demerita super-
uenerit, illā amore Dei pleno corde & af-
fectu suscipere debet: quia hæc est via cõ-
pendiosior ad magna merita, & vitam æ-
ternam.

*De mortificatione omnis inordinate interne
dulcedinis curiositati que intellectus.*

Nona est perfecta mortificatio omni-
um affectuum erga oblectationes in-
ternas spirituales vel sensuales. No-
tandum quod per sensuales internas oble-
ctationes hic intelliguntur omnes sensibi-
les gratiæ, deuotio, dilectio, & interne
dulcedines, quæ recipiuntur, & quibus
fruiuntur in inferioribus viribus animæ ita
quod natura & sensualitas hominis parti-
cipes efficiantur. Ista etiam interdum acci-
piunt in peccatis mortalibus existentes &
permanentes: sed communiter illi susci-
piunt, quos à mundo & à peccatis Deus
vult retrahere. Modo sunt nonnulli, quo-
rum omnis labor & oratio ad Deum est ad
habendam sensibilem istam gratiam, de-
uotionem atque dulcedinem & quamdiu
illam non habuerint, non libet eis aliquid
boni operari: videtur que eis nullius esse
valoris quicquid agunt: & hoc ideo, quia
putant sensibilem deuotionem & amorem
esse veram charitatem Dei: in quo multum
errant. Nam solum est donum Dei, adiu-
mento existens homini ad melius seipsum
mortificandum & retrahendum ab omni
creatura & seculari lætitia, ac se totaliter
reli-

*Deuotio
sensibilis
ad quid de-
tur homi-
ni.*

DE MORTIFICAT. 239

resignandū in beneplacitā Dei voluntatē.
Affectantibus ergo talia, vt sibiipsis co-
melius in omnibus moriantur ac studio-
sius diuino amoris se mancipari possint,
licitum est istā sensionē gratiæ, deuotionis
atque dulcedinis querere, & à Deo petere.
Sed qui ipsā quærunt, affectant & petunt
quia delectabilis est, & quiescere in ea vo-
lunt ad fouendam oblectationem suam,
grauiter contra Deum delinquant: Et
quamuis propter hoc mundanam & car-
nalem delectationem relinquāt, hoc tamē
non est alicuius valoris: quia internę de-
lectationes externas cūctas exuperant, ita vt
externis pro internis libēter veliat carere,
vbi autem internæ ipsis subtraherentur,
rursum ad externas se conuertunt, quia si-
ne delectatione esse nolunt. Consequēter
scire debes, quod nemo sibi ipsi videri de-
bet esse alicuius sanctitatis, ex eo quod mul-
tū habeat sensualis amoris, deuotionis &
suauitatis, ac sapius sibi gratia affluat: nā
communiter huiusmodi nobis propter in-
firmitatē nostrā & immortificationē eue-
niunt, vtpote qui alias Deum diligenter
nō quæreremus nec seruiremus ei, neque
nos ipsos totaliter à seculo abstraheremus.
Et istud ex hoc notari potest, quia in ini-
tio conuersionis suæ sentit homo cōmu-
niter

*Cur ne-
mosi i ar-
roget san-
ctitatem.*

*Instabili-
tas natu-
re.*

240

HENR. HARPPII

niter magis huiusmodi deuotionem. Etiam frequenter sunt innati appetitus naturæ: quia vsque ad annum quadragensimum est natura multum instabilis, inclinabilis & affectuosa, quærens in suo exercitio solatium interni saporis & oblectationis, ita quod exercitia quæ multi pro magnis & sanctis reputant, ex naturali affectione & dilectione veniât duntaxat: quemadmodum intuemur quotidie, quod multum occupans se cum alio homine naturali tantum amore inflammatur, ut sibi videatur cor suum rumpendum. Similiter isti frequenter nudam naturalem affectionem fouēt, ubi se putant magno diuino amore inflammatos. Quantum verò sibi ipsi mori discunt in duodecim mortificationibus istis, quas prosequor, tantum de diuino amore & vera sanctitate habent, & non plus. Et scire debes pro generali regula, quod omnia quæ à Deo querere & desiderare possumus, quæ non ordinantur ad nudam mortificationem & relictionem sui propter amorem Dei, permixta sunt cum natura & propria quæstione. Et in isto potes notare, quàm citò natura se ipsam quærat, etiam in illis quæ multum diuina esse videntur. Et licet diligenter ab vna parte propellatur & contemnatur, nihilominus occultè reuertitur ex
alia

quoniam.

DE MORTIFICAT. 248

alia parte quærens seipsam, ita vt hoc perpendere vel deprehendere non valeamus, & idcirco etiam pauci sunt, qui seipsos verè cognoscant, perfectè deinceant.

Secundo, per internas spirituales oblectationes intelliguntur delectationes, quas quis in viribus intellectualibus recipit, videlicet in visionibus, imaginibus, formis & similitudinibus, vel in supereminenter Deum contemplando & cognoscendo. Hic ergo notandum est quod quidam seipsos dumtaxat exercitant in viribus intellectualibus, & non affectivis: neque finis eorum est, vt ex hoc ardenti amore succédantur, sed vt notitiam habeant curiosam, quocunque modo sciendi fiat. puta quomodo Christus est cõceptus, natus, crucifixus: quomodo resurrexit, ascendit & de omnibus ordinibus & gaudijs æternæ vitæ, & de distinctione sanctæ Trinitatis & similibus: in quibus internas spirituales suas oblectationes constituunt, quas vocant contemplationes, putantes hoc modo se ducere vitam contemplatiuam. Sed isti multum valde aberrant a vera vita contemplatiua, quam propriè fundari oportet in ardenti abyssali amore Dei, in quo vnusquisque cum suo amore & affectu desiderare debet, vniri & absorberi, vt in illo omnis dissimilitudo Dei subincendatur

Curiositas intellectualis.

Contemplationis fundamētum quod datur

L

datur in perfecta suiipsius mortificatione. Nam istiusmodi homines indagare cupiunt, & etiã à Deo adipisci multorum secretorum notitiam. puta nũc naturali ingenio comprehendere, nunc verò à Deo notitiam aliquam inde recipere in exterioribus sensibus vel in interioribus vitibus animæ, siue sint inferiores, siue superiores. Exempli gratia: Affectant oculis exterioribus videre angelos, æternam vitam, infantulum in sacramento & similia, vel cantantes angelos audire, aut externam in sacramento dulcedinem sentire, & similia in omnibus sensibus. Et idẽ optant intrinsecus in omni notitia, quæ recipi potest in visionibus, in imaginibus, in formis, in similitudinibus, in spiritali intelligentia, & in supereminenti agnitione Dei. Ista autem in his suas affectiones & oblectationes constituentes, multum gratis laborant, atque in periculoso statu deceptionis. Nam frequenter inimicus quando hoc notat, permittente Deo, ipsos decipit multiplici apparitione tam exterius in sensibus, quàm etiam interius, aut etiã in somno, ipsi verò cum desiderio & oblectatione hæc suscipiunt, cū proprietate possident, gloriantur, in huiusmodi & se exaltant, magna de seipsis sentiunt, sibi sapientes fiunt, in suo sensu obstinati

*Laqueum
diaboli.*

DE MORTIFICAT. 245

efficiuntur, & demonis filij. Idcirco, qui
securè & fructuosè se exercitare vult, *Exercitiu*
omnia sua exercitia ordinare debet ad val- *suum.*
de in se excitandū amorē Dei, & nō ad ob-
tinendā altā notitiā eorum quæ sibi neces-
saria non sunt. Et si aliquam cognitionem
à Deo acceperit, tamen non debet in ea re-
quiescere, vel nimīū credulus esse, nisi prius
studuerit sapienter & humiliter super hoc
consulere illos, qui discretionem omnium
spirituum habent. In illo verò dūtaxat re- *Quies.*
quiescere debet, quod propter amorē Dei
se semper paratum inueniat ad standum, in
omni relictione.

CAPVT X.

*De scrupulis conscientie nimijs rescindendis,
& de origine scrupulositatum.*

Decima est perfecta mortificatio o-
mnis scrupulositatis cordis cū perfe-
cta confidentia in Deū. Hic sciendū
est, quod sunt aliqui, qui conscientiam
suam quietate non valent amara cōtritiō-
ne, sæpe confitendo, aut magnam pœnitē-
tiam faciendo, quin semper permaneāt in
tremebunda anxietate & timore, ac corde
inquieta, sine vera spe & confidentia in
Deo. Et quantumlibet magnum conscien-
tiæ scrupulum habeant, & quālibet sæpe
confiteantur, tamen non fideliter laborāt

L 2

cmē-

emendare defectus, de quibus conscientia remorsum habeant & anxiantur. Et istud est signum, scrupulositatem hanc non ex amore iustitiae, sed ex timore diuinæ vindictae descendere.

Scrupulositatis origo.

Facit etiam ista conscientiae scrupulositas saepe aliqua esse peccata, quae in seipsis peccata non sunt: venitque ex duplici origine. Prima est inordinatus amor sui ipsius, quia ex illo venit inordinatus timor, scilicet quod aliquis nimium formidat, quicquid naturae contrarium est. Et ergo licet appareat exterius istos seruare praecipua Dei & sanctae Ecclesiae, tamen praecipuum charitatis non custodiunt: quia quicquid agunt, non ex charitate, sed timore & coactione, ne damnentur, perficiunt: ac per hoc non ex amore Dei, sed sui ipsorum id faciunt. Ea propter in Deo confidere nequeunt, quia Deo fideles non sunt: sed tota vita eorum interior pauor est & formido, labor & miseria. Et quicquid agunt in oratione, in laborando, in poenitentibus, in operibus misericordiae, totum faciunt ad expellendum istum timorem, sed nihil eos haec iuuare possunt, Nam quanto amplius se diligunt, tanto mortem, iudicium ac poenas inferni magis metuunt. Notari ex isto potest, inordinatum timorem venire ex amore sui ipsius, quo unusquisque appetit esse beatus

Timor inordinatus unde.

DE MORTIFICAT. 245

beatus, quamuis ei qui cum beatum face-
re potest, sit infidelis. Alia origo scrupu-
lositatis est ex hoc, quod amor eorum ad
Deum modicus est: quia paruus amor par-
uam causat confidentiam. Et solus amor
Dei perducit hominem ad veram spem &
confidentiam diuinæ misericordiæ, boni-
tatis, liberalitatis & gratiæ: quam confidē-
tiam nulla virtus, quantumcunque ma-
gna appareat, nec vlla pœnitentia sine a-
more Dei potest dare. Nihil autem tam
necessarium est volenti ad vitam perfe-
ctam peruenire, sicut magna spes & con-
fidentia in Deo. O sancta spes; o beata in-
Deo confidentia, dum modo non pertra-
hat aliquem ad incuriam & accediam suæ
edicationis, sed magis excitet ad dignio-
rem gratitudinem, & ad diligentiam acqui-
rendi perfectius diuinam gratiam & cha-
ritatem, atque ad omnem virtutum per-
fectionem, ad abijciendum omne quod
sensuale est, & ad proseguendum quicquid
ad sui ipsius mortificationem deseruit, ad
sufferendam quoque hilariter omnem ad-
uersitatem: tunc huiusmodi spes sibi valde
necessaria est & salutifera. Nam quanto
plus sperat, tanto magis gratus est,
seipsumque amplius e-
mendat.

*Confiden-
tia in De-
um.*

De impassibilitate in aduersis habenda, & de
tribulationum uisitate.

VNdecima est perfecta mortificatio
omnis inquietudinis & impatientia
cordis in omni exteriori aduersitate,
sive sit diffamia, derisio, detractio cū men-
dacio, aut damnum rerum temporalium,
amicorum & affinium, sive alia qualiscū-
que persecutio, quæ alicui permissione di-
uina accedere potest. Hic scire debet,
quod illi qui se ad sui ipsius mortificatio-
nem dare uolunt, sæpe a domino nostro
multifariè tribulatione exteriori proban-
tur, an perseverare valeant in suo bono
proposito, quemadmodum angelus dixit

Tobi. 12.

Tob. 1. 2.

ad Tobiam: *Quia acceptus eras Deo, necesse
fuit ut tentatio aduersitatis (exterior) pro-
baret te.* In hunc modum etiam Iob pro-
batur, qui similem sibi non habebat in ter-
ra. Nam cum omnia sibi ablata, uxorque
sua & amici illi fuissent contrarij, nec
non & ab hoste percussus fuisset à plan-
ta pedis usque ad verticem, nihilomi-
nus permāsit quietus & patiens corde, ne-
que peccauit labijs suis, sed dixit: *Domini-
nus dedit, dominus abstulit: sicut domino*

Iob. 1.

Matt. 26.

27.

*placuit, ita factum est. Sit nomen domini be-
nedictum.* Similiter Christus Iesus post o-
mnem

DE MORTIFICAT. 247

mnem persecutionem Iudæorū, in capti- *Marc. 15.*
nando, in percutiendo, in illudēdo, in fal- *Luc. 23.*

fos testes producendo, in flagellando, in
crucifigendo, quieto corde & amoroso af-
fectu in cruce pendens, clamore valido &
abundantibus lachrymis pro suis inimicis
rogabat, dicens: *Pater ignosce illis, quia ne-
sciunt quid faciunt.* Nec poterant illi tot pœ-
nas & contumelias inferre, quin aff. ctat-
ret multo plura pati propter amorem pa-
tris sui & omnium hominum salutem. Om-
nibus etiā quos dominus noster trahere
disponit ad supremum statum merito-
rum, multa vult toleranda transmittere. O-
si si iremus ex quanta charitate afflictionē
mittat dominus noster quocunque etiam
modo veniat, multum eam affectuose pe-
teremus & expectaremus, amoroseq; sus-
ciperemus. Nā afflictiones sunt dona cha- *Aduersi-*
rissima, quæ Deus secretis seu familiaribus *tas dona*
amicis suis tribuit ad ornandas animas *Dei.*
eorum, & perducendas ad veram Dei si-
militudinem. Quia nunquam tam subtilis
imaginum sculptor extitit, qui tanta dili-
gentia ac sollicitudine lineamenta imagi-
nis ad exemplaris (secundum quod eam
formabat) perfectionem trahere elabo-
rauerit, quemadmodum Deus omnipo-
tens ab æterno sua sapientia immensa præ-
uidit atq; præordinauit de secretis amicis

suis, quomodo mediantibus huiusmodi afflictionibus ipsos perduceret ad perfectissimam similitudinem Christi Iesu. Propterea dicit Augu super Psalterium: Cum cœperit homo Christianus cogitare & disponere ut perf. Et proficiat in virtutibus & sub ipsius mortificatione, statim incipit pati linguas aduersantium. Quicumque illas nondum passus est nondum profecit. Quicumque illas patitur, necdum conatur proficere. Notandum est autem tres esse patientiæ gradus. Infimus horum est, compescere seipsum à vindicta inferenda manibus vel desideranda corde, qui gradus valde imperfectus est, quia saepe ibi remanet cor amaritatum: de quo consurgunt murmurationes, susurrationses, detractiones, inuidiæ, suspiciones malæ, & similia. Ista sunt signa immortificati cordis arque inordinati amoris ad seipsum: quia omnis inordinata anxietas, tristitia, & inquietudo, et ordinato oritur amore. Propterea dicit Gregor. Qui æquanimiter aliena mala & persecutionem non tolerat, ipse sibi per impatientiam testis est, quia à boni plenitudine, id est, virtutum & gratiarum perfectione longè distat. Medius gradus est, cum aliquis non solum manus & desideria à vindicta cohibet, verum etiam cor suum purificat & mundat ab omni amaritudine & inuidiâ.

Et quam.

Gradus patientiæ.

DE MORTIFICAT. 249

Et quamuis desideranter non patiat, tamen tolerat humiliter recognoscendo se dignum illud (imò etiam multo plura) pati: & paulatim percipiens vbertatem gratiæ, quæ per hoc acquiritur, voluntatem suam pacat ad patienter suffrendam omnem futuram aduersitatem: & hoc modo incipit sibi ipsa tolerantia fieri valde meritoria. Supremus gradus est patientia affectionis, quæ ut conformis efficiatur dominicæ passioni, & omnibus quæ in ipsa contigerunt, omne contrarium quod sibi obuiare potest, cum magno desiderio suscipit, & plura semper pati desiderat, dicendo cum Dauid: *Imperium expectauit* Psal. 68. *(scilicet cum desiderio) cor meum & miseriam.* Et istiusmodi homines sentiunt magnam abundantiam amoris Dei & dulcedinis, quæ ex ipsa tolerantia exprimitur, fluens per omnes vires animæ, per quam in tantum inebriantur in Deo, ut nullum videantur externum cõquium, dãmnum vel pœnam sentire. Nam omnem persecutionem quã patiuntur, reputant pro adiutorio veniendi ad dilectum, & oēs persecutores diligunt tanquam veros adiutores ad vitam æternã. O felix anima, quæ ad istud peruenit, quia eternaliter in brachijs Iesu Christi requiescit.

De perfecta propria voluntatis abnegatione, atque de obedientie gradibus.

L 5. CAPVT

Dodecima est perfecta mortificatio
 omnis proprię voluntatis in totali vo-
 luntariaque resignatione, ad omnem
 internam derelictionem suffrendam pro-
 pter amorem Dei. Notandum quod nobi-
 lissimum eorum quę Deus homini contu-
 lit, est liberum arbitrium, per quod solum
 peccata committit, aut virtutes perficit. Et
 ideo nihil homini tam nocuum est, quàm
 perfrui sua viciata propria voluntate. Nā
 ipsa est quasi fundamētum, super quod om-
 nis inordinatio peccatorum congrega-
 tur & quiescit; sed si euertimus hoc fun-
 damentum, *corruent omnes muri Iericho*
 id est, omnis vitiosę affectionis. Ara-
 men istud non sic intelligas, quasi necessa-
 rium sit homini obedientiam vouere, vt
 ad perfectionem valeat peruenire: sed si-
 cut supra dictum est de voluntaria pau-
 pertate, sic etiam hęc dico, quia illis ne-
 cessarium est sub obedientia stare, qui ex-
 ercitari ab alijs indigent, vt ad perfectionē
 perueniant, cō quōd seipsos non bene va-
 leant vincere, & mori propter modicum
 amorem Dei & tractum, quem in se de-
 bilem adhuc sentiunt, & magnum tra-
 ctū immortificationis & irresignationis,
 quem adhuc habent. Itaque quādo huius-
 modi

*Liberi ar-
 bitrij no-
 bilitas.*

*Voluntas
 propria.*

Iosus 6.

*Obedien-
 tia quibus
 necessa-
 ria.*

DE MORTIFICAT. 254

remodi homo bonæ voluntatis est, necesse est, ut ad obedientiam se obliget, ut cæteris quoque temporibus dum iterum rebellionem & immortalitatem naturæ suæ senserit, ab alijs compellatur seipsum relinquere. Sed qui perfecti sunt, aut si adhuc perfecti non sunt, tamen spiritu Dei & gratia eius atque amore sic aguntur, ut oporteat eos totaliter mori voluntati propriæ, eamque relinquere, & sequi ab intra tractum ac placitissimam Dei voluntatem: istis non est necessarium sub obedientia stare & regi, quia sub diuina obedientia stant ad semetipsos relinquendum, & voluntatem domini secundum omne eorum nosse in omnibus sequendum. Veruntamen necessarium est eis (scilicet perfectis prædictis) habere propriam voluntatem standi sub obedientia aliorum, si scirent Deo id magis placere. Propterea qui extra religionis statum remanet, non propter libertatem naturæ & sensuositatis, sed solummodo ob retinendam libertatem spiritus ad die noctuque propinquius meliusque coniungendum se Deo in omnibus exercitijs spiritualibus, in hoc laudandus est, & non vituperandus: sed oportet ipsum diligenter cauere, ne abutatur libertate sua, sed Dei obedientiam assumat in omnibus modis, uti iam prosequar.

*Obedien-
tia voti.*

Tres itaque sunt obedientiæ gradus. Primus est obedientia voti, quod factum est in professione. Sed multi inveniuntur, qui quamvis operibus ab extra votum obedientiæ impleant, tamen ostendunt multis signis se ad hoc inuoluntarios: nec superioris voluntatem perficere cupiunt, sed ut superior iuxta voluntatem eorum iubeat, exoptant: alioqui rebelles sunt, & murmurant atque se excusant. Et istis esset multò melius obedientiam non vouisse, eo quòd votum ipsis laqueus damnationis factum sit: quia Bernardus dicit, quod qui occultè vel apertè satagit, ut quod ipse vult, hoc ei prelati iniungat, ipse se seducit, & frustra sibi blanditur de obedientia prelatorum. Non enim in ea re ipse prelati, sed magis ei prelati obediunt. Secundus gradus est obedientiæ conformitas, cum quis non tantum operibus foris obedit, sed etiam voluntatem suam perfectè sui superioris voluntati conformat, in nullo se inuoluntarium ostendendo vel excusando, vel querulando sibi esse nimis graue vel durum factu, etiam si quandoque appareat contrarium esse sensibus & naturæ. Istos tamen oportet diligenter advertere, quod obedientia talis, licet in operibus perfecta sit, in intentione tamen frequenter imperfecta est, ut cum ex timore obediunt, ne
repre-

*Obedien-
tia cõfor-
mitatis.*

DE MORTIFICAT. 259

reprehendantur, confundantur, non amē-
tur, vel ne indignationem superiorum in-
currant, Aut è contra obediunt, vt supe-
rioribus placeant, ab ipsis caripendantur,
laudentur, exaltentur, vel amētur, ita quod
purè Deus solus finis eorum non est, sed
quiddam humanum in illo quærunt, de
quibus Deus locutus est: *Amen dico vobis,*
repperunt mercedem suam. Et ob hoc sata-
git inimicus intentionem deprauare, dum
opus bonū non potest impedire, vt ipsum
per intentionem malam valeat possidere,
quia dicit Gregorius: *si autem semel cor in-*
ordinatione prauæ intentionis inficitur, sequen-
tis operis medietas terminus ab hoste calli-
do securè possidetur. Quoniam totam sibi
arborum fructus ferre conspicit, quam ve-
neni dente in radice prauæ intentionis
vitiauit. Igitur omnia obedientiæ opera
quisque ad hoc perficere solummodo de-
bet vt perueniat ad maiorem misericor-
diam, complacentiam, gratiam, & fami-
liarem vel secretam dilectionem Dei. Et
cum totum posse suum fecerit, nihilomi-
nus semper debet velle contemni & abij-
ci à suis superioribus, & omnibus cū qui-
bus conuersatur: quia hoc est signum ve-
rax, quod propter Deum duntaxat omnia
agat.

Tertius gradus est obedientia vnionis,
L 7 hoc

Mat. 7.

*Obedien-
tiæ opera
quatenus
exercen-
da.*

*Obediētia
vniōis.*

hoc est: Vt aliquis non solum obediēs ex-
stat opere & volūtate, verū etiam omnis
modus & causa volūtatis suę vnitus sit vo-
luntati præcipientis aut desiderantis. Ista
obediētia propriè duntaxat ad Deum est,
quia hæc illi à charioribus, familiariori-
bus seu secretioribus amicis suis exhibe-
tur: quorum voluntas tam perfectè re-
signatur & vnitur voluntati Dei in o-
mnibus modis, vt vna volūtas sit facta, ita
quod quicquid circa eos Deus fieri per-
mittit, totum ex ordinatione abyssalis a-
moris & misericordiæ Dei prouenire fatē-
tur, & summo affectu suscipiunt, quan-
tumcunque etiam cōfusiuum, damnosum,
tædiosum vel pœnosum sit. Notandū est
tamen, in hac resignatione voluntatis ac
reliētionē, multos esse gradus: quia re-
periuntur qui parati sunt suscipere quic-
quid circa eos Deus forinsecus fieri per-
miserit, dummodo interna gratia, sensibi-
li amore, & spiritus dulcedine sui eos per-
mittat, quo sola iō interno, facile omnem
sufferre possunt aduersitatem. Isti adhuc
sunt infirmi milites in amore Dei. Breui-
tatis gratia cæteris gradibus omissis, scias
quod supremus gradus resignationis vo-
luntatis in placitissimam voluntatē Dei,
est quod voluntatis libertas perfectè mo-
riatur propter amorem Dei omni proprię
aff.atio.

*Resigna-
tionis
gradus.*

affectionis sentimento, & tam cito & perfecte diuinam voluntatem sequatur in omnibus, quæ sibi euenire possunt in tempore vel in æternitate, quemadmodum umbra sequitur mediū unde causatur. Et ista est summa libertas rationalis creaturæ, diuina voluntate perfrui duntaxat: quia per ipsam, si homo æternus & immutabilis factus in omni quod citra Deum contingere potest, etiam si solus omnes inferni cruciatus ferre deberet, paratus esset propter amorem Dei sine omni cordis retractione. Insuper, per multiplices amorosas affectiones in Deum, inuenit se paratū nedum ad suscipiendum à Deo tam hilariter omnem internā derelictionem aut subtractionem sensibus gratiæ, deuotionis, amoris, atque dulcedinis, sicut ad suscipiendum omnem affluentiam eorundem donorum Dei, ut eius placitissimæ voluntati vnitus esse possit: verum etiam tam vehementer accensus est ardore essentialis diuini amoris, quod ex intimo cordis sui exoptat stare toto tempore vitæ suæ sine omni sensibili amore & gratia, cum solo nudo essentiali amore in omni interna derelictione & cordis angustia sibi euenire possibilibus, non affectando quamcunque internam consolationem de Deo, quamlibet spiritualis existat: quia super omnia deli-

*Libertas
suprema
rationalis
creaturæ.*

Matt. 26.

Luc. 22.

desiderat in derelictione Iesum imitari, qui est status perfectissimus. Sic enim Iesus dum maximam perfectionem opere adimplere deberet, adeo derelictus erat ab illo tempore quo in horto orabat antequam caperetur, usque ad mortem suam, ab omni affluentia sensibilis amoris, gratiae atque dulcedinis (stans dūtaxat in nudo essentiali amore) ac si non amicus, sed inimicus Dei fuisset. & hoc ideo, ut sua poena & opera maiora essent, & essentialis suus amor magis probatus. Nam istud est excellentissimum virtutis opus, quod in terris Christus ostendit, & quod possit aliquis homo imitari. Ea propter nimis sunt inconsiderati, qui se adeo inuoluntarios ac radiosos exhibent & contristantur valde, cum ipsis subtrahitur internus diuinus influxus: quia latentiter hoc propter Dei amorem sufferre, signum est puri amoris, & est sola via, quae ad veram perducit perfectionem. O felix anima, quae hoc modo moritur sibi ipsi, o quam nuda ab affectionibus efficitur peregrinis, quam quiescens corde, quam pura à peccatis, quam libera à poenis, quam aliena ab omni timore, ornata omni virtute clarificata in intellectu, eleuata in spiritu, unita Deo, & aeternaliter beatificata.

Hacten-

DE MORTIFICAT. 257

Hactenus de primo, qualiter scilicet fieri oporteat perfectam mortificationem omnium, quæ aliquod impedimentum possent præstare, quo minus Deo appropinquare, & cum eo uniri possimus, dictum sufficiat.

D. HENRICI HARPHII,
PIISSIMI ERVDITISSI-
MIQVE THEOLOGI DE
præparatione & ornatu vi-
tæ actiuæ.

CAPVT XIII.

De amorosa anima ad Deum conuersione.

Secundum nunc prosequendum, est instructio quomodo acquirere valeamus perseverantem amorosam unionem, absque vlllo modo inter Deum & animam nostram vires. Licet autem hoc ex parte docuerimus in illis mortificationibus quas supra diximus (nam quemadmodum naturale est lapidi deorsum cadere, sic naturale est animam mortificatam & viuificatam per gratiam ab omnibus inordinacionibus, & liberam existenti sine medio in Deum fluere & eleuari in ipsum: quia Deus est naturalis locus animæ, ad quem creata est ad æternaliter requiescendum & fruendam.